

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Araxa meretrix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A triduum & quadrivium non adesse, sed diligenter accurateque circuire illam quæ ritans, quam ubi mox invenit, casu illi obviam factus, non ut solitus erat mitis & blandus, sed asper & horridus in eam insiliit, manibusque primum spira ad corpus adstrictis, caudæ residuo femora flagellabat, levem quidem iram præ se terens, quæ licet indulgentia aliqua permixta esset, castigationem tamen aper-  
tè demonstraret.

## ARAXA. CAP. XXXIII.

**N**Eque quidem dissimulandum, quod Scythæ hujus salacitatis ergo, quæ per Serpentem symbo-  
lice fingitur, Araxam famosæ libidinis fœminam, cuius Diodorus tertio meminit, semiviperam  
figurabant: humana quippe forma umbilico tenus, reliqua Viperina. Ferunt hanc cum Hercule co-  
pulatam filios tres genuisse, Agathyrsum, Gelonum, & Scyham juniorem, qui totidem gentium  
mox authores fuisse perhibentur.

## CONTINENTIA. CAP. XXXIV.

**I**N sacris Hebraeorum literis, Serpentem æreum Moseos admonitu factum legas, qui adversantem  
voluptatibus virtutem præ se ferebat, hominemque à pestifero quovis veneno sospitem reddebat;  
ea est continentia, atquæ constantia, atq; ideo ex are, hoc est, fortiori perenniori; materia confor-  
matur: as enim valde solidum est, neque ulli obnoxium rubiginis, quare *nexas are trubes*, apud Vir-  
gillum legas, ad perennitatem catenarum, & *monumentum are perennius*, apud Horatium eodem *ode ultima*.  
senfu. Idem & viventium salubritati adversus putrefacta, efficacissio est remedio. Acuti quoque  
mucrones arei cadaveribus infixi, ea ne putrefcant, vel, ut diutissimè saltem afferuentur, effi-  
ciunt.

## CALLIDITAS. CAP. XXXV.

**S**ed neque calliditas prætereunda est, quæ per Serpentis imaginem indicatur. Et Moses pruden-  
tissimum inter bruta Serpentem dixit. Animal præterea motu varium est, atque ad subducendum  
defensionemque præcipue paratum, quodque hostem ulcisci probè possit & norit. Draconi vero si-  
milis est virtus indagatrix, quæ diligenter omnia perscrutetur, rimeturque studiosissime, ideoq; ab  
acuto visu nomen illi factum. Et quoniam in primis voluptatem ex eo significari diximus, ut quod  
in stat agamus: ea demum vera voluptas est, quæ ex intellectu depurgato, & sano sensu perfectissi-  
ma redditur, unde absolutum oritur judicium, quo freti possumus noīmetiplos prudenter tueri, atq;  
sapienter conservare. Quod igitur vitæ periculum amatoria morbiuncula, & voluptatum vulnera,  
intortique deliciarum laquei intentare videbuntur, id omne temperantia depellat, longeque sum-  
moveat: Illa enim una incontinentia oponitur adversaria, Equum hæc, utpote ferocientis im-  
probitatis, & vitiosæ cupidinitatis simulacrum, mordeat, atq; ita vitio prostrato,  
fessorem in virtutis æqua planicie sanum in-  
columemque sistat.

Z. 2

JOAN-